

## TERU BOZU, parvus et infelix monachus



In antiqua fabula Iaponica narratur de monaco, Teru Bozu nuncupato, qui promisit agricolis eius pagi se finem positurum esse pluviae copiosae, messes nociturae in mensibus futuris. Sed preces monaci pluviam non impediunt et monachus, cum fide...Caput ( ab agricolis recisum) misere amisit.

In memoria huius eventus, nunc etiam, ante certamen aut iter extra vicus, pueri cantant parvam poesim Teru Bozu dicatam, ei promittentes, nisi pluat, umbellam an poculum theae. Sin autem pluet, ille (an melius, gummeo pupulo qui eum repraesentat) velut aeris bulla, evanescet per semper!

Haec cantiuncula de Teru Bozu, cuius Italica versio proposita est abhinc aliquot annos in noto canoro certamine, "Nummus aureus" (Zecchino d'oro) nomine.

## Japonica Versio

Teru-teru-bōzu, teru bōzu  
Ashita tenki ni shite o-kure  
Sore de mo kumotte naitetara  
Sonata no kubi wo chon to kiru zo



## Versio Latina

Teru Teru bozu  
dic mihi: quidnam est?  
Est parvus pupus, minor quasi me.  
Quem meum amicum colam iam  
dummodo mihi promittat  
splendeat sol neve cras pluatur.



Teru Teru bozu,  
audias meas preces:  
hoc tibi peto et volunt et Seres,  
laetae aves canant  
at tu fac mitem Caelum  
donec stellae id lument !

Teru Teru bozu,  
es mihi bonus deus!  
Ecce parvum donum, aurum et sakè!  
solem e nubibus fer,  
pinge subrisum in caelo,  
comple floribus nostrum ver.

Teru Teru bozu,  
cave quod facias:  
si pluvia cadat, umbella me tegat.



at si pluvia erit plus,  
securim ferream feram,  
tibi iam recidam caput!



Lucia Mattera